



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXIX. Des Bischofs von Regensburg, des Pfalzgrafen bei Rhein und
Herzogs von Bayern und des Landgrafen von Hessen Zeugniß über einen
von dem Markgrafen Otto von Brandenburg zwischen den Königen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

continentur, Iidem arbitri arbitratores seu amicales compositores in presentia venerabilium Wernheri Maguntini et Friderici Salzburgensis archiepiscoporum et Bertoldi Babenbergensis, Leonis Ratisponensis, Petri Pattaviensis, Chunradi Friffingenlis, Brunonis Brixienlis, Dittrici Gurcenlis et Johannis Chymenlis episcoporum, ac eorundem applaudante sententia, consilio et consensu, auctoritate compromissi diffinerunt causam seu questionem huiusmodi in hunc modum: Nos Bertoldus etc. — Nos autem Rudolfus Romanorum et Otakarus Boemie reges predicti ordinationem, pronunciationem, arbitrium sive dictum supradictorum arbitratorum, arbitratorum seu amicabilium compositorum sub forma prehabita, de consilio et approbatione supradictorum principum tam concorditer promulgatum, approbantes seu emologantes expresse, ipsique perpetuo stare volentes, id a nostris successoribus inviolabiliter volumus observari. In cuius emologationis expresse evidens argumentum sigilla nostra una cum predictorum arbitratorum, arbitratorum seu amicabilium compositorum, et illustris H. Iantgravii Hassie, qui premissis interfuit, sigillis presentibus sunt appensa.

Actum et datum in castris ante Wiennam, anno Domini MCCLXXXVI. VI. Kal. Decembris.

Nach Perſ, Monumenta Germaniae historica. Tom IV. Legum Tom. II, p. 408. 409.

CLXIX. Des Bischofs von Regensburg, des Pfalzgrafen bei Rhein und Herzogs von Bayern und des Landgrafen von Hessen Zeugniß über einen von dem Markgrafen Otto von Brandenburg zwischen den Königen Rudolph und Ottokar gestifteten Vergleich, vom 30. Dezember 1276.

Nos L. Ratisponensis episcopus, L. comes Palatinus Renu dux Bawarie, H. Iandgravius Hassie, universis presentes litteras inspecturis, noticiam subscriptorum. Veritatis amica simplicitas etc. Hinc est, quod cum inter serenissimum dominum nostrum Rudolfum Romanorum regem semper augustum ex una parte, et magnificum Ottokarum regem Boemie ex parte altera, super diversis principatibus, terris, castris, municionibus et hominibus, questionis materia verteretur, et utrinque fuisset eatenus aggravata, quod non tantum rerum temporalium, immo animarum fidelium periculum timebatur; talis inter dictos reges compositio intercessit, nobis et reverendis patribus B. Herbipolensi, et B. Olmucensi episcopis, et illustri principe O. Marchione Brandenburgensi, et viro nobile Fr. burggravio de Nurnberg mediantibus, quod magnificus princeps dominus O. rex Boemie renunciaret simpliciter et precise, sicut et postmodum fecit publice, principatibus et terris, castris, municionibus, possessionibus et hominibus, cuiuscumque condicionis existunt, Austriae, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre et Portu nahonis, et omni iuri, si quod ei in predictis, vendicionis, permutacionis, feudi, vel quocumque alio titulo, competeat vel competere videbatur. Et serenissimus dominus R. Romanorum rex infeudaret, sicut et hylariter adimplevit, dominum O. inclytum regem Boemie, regno Boemie

marchionatu Moravie, et aliis feudis, que progenitores sui ab imperio noscuntur hactenus tenuisse, aliis et inter ipsos reges pactis et conventionibus intervenientibus, que in litteris, super eis confectis plenius continentur, quibus omnibus nos interfuisse, presentibus litteris profiteamur, et testimonium in nostras conscientias perhibemus, predicta omnia ita esse facta, et per dictum regem Boemie ad manus gloriosissimi domini nostri Rud. Romanorum regis voluntarie consummata et liberaliter approbata. In cuius rei testimonium ad eternam rei memoriam presentes litteras sigillis nostris placuit communiri. Dat. Wiennæ III. Kal. Januarii, indictione V., anno Domini M. CC. LXXXVI.

Nach Perz Monumenta Germaniae historica. Tom. IV. Legum Tom. II. 409.

CLXX. Kaufvertrag zwischen dem Fürsten Wizlaw von Rügen und den Markgrafen von Brandenburg über das Land Zlawe mit dessen Schlössern und mit der Stadt Rügenwalde, vom 18. Januar 1277.

In nomine domini amen, Nos wizlaus, dei gratia Ruyanorum princeps, recognoscimus et publice protestamur presentibus, Quod cum dilectis foceris nostris Illustribus principibus Johanne, Ottone et C. marchionibus brandenburgensibus placitando convenimus in hunc modum, Quod vendendo terram zlawuam cum castris suis et ciuitate Ruyenwolde ipsi domini marchiones nobis promiserunt cum XX. militibus fide data tria milia DC^{tas} marcas argenti brand. tali conditione interpolita, quod duo milia trecentas marcas, quas pro glorioso domino nostro Eryco rege Danorum cum nostris compromissoribus, domino videlicet barnim duce Slauorum et domino woldemaro de Rodstok nostro consanguineo tenemur, debemus de summa decurtare prenotata, si ipse predictus dominus noster rex dacie et sui compromissores supervixerint et soluerint, ut tenentur. Si vero quod absit contingeret, eundem Erycum dominum regem decedere et ipsi promissores casu emergente non soluerint dictam summam, extunc prescripti marchiones nobis ipsa duo milia CCC^{tas} marcas soluere tenebuntur sub hac forma, mille marcas post annum in carnis priuio, et ipso anno reuoluto item in carnis priuio mille marcas persoluent. Item de reliquis CCC. marcis talis est conditio, quod recepimus XXV. marcas auri de domino Eryco suprascripto rege dacie. Quidquid idem aurum soluerit, cum uenditum fuerit, nobis tenebuntur soluere eo minus. Item in recompensationem residuarum mille marcarum terram suam, quam possident ad presens sepedicti marchiones in regno Dacie, Erre videlicet Seboy et Grostol*) nobis tytulo venditionis dimiserunt tali conditione interpolita, si quatuor milites utriusque partis iurati dixerint et fide prestita corporali, Quod si ipsa terra minus M. marc. valuerit, ipsi addent, prout taxauerint milites antedicti, si vero plus M. marcis valuerit, extunc ipsis marchionibus de ipsis M. marcis debemus restaurum facere competens et condignum. Preterea sepedicti marchiones immediate dicte terre Erre debent cum suis allodiis coram domino pre-

*) Nach einer Abschrift im Pommerschen Provinzial-Archive: terram videlicet Selay et Grostol.
Haupttheil. II. Bd. 1